



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Druzbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

7. Considerando Quid sit Passus Christus in bonis Animæ, Corporis,  
Fortunæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

clav tuissent tormenta vivacissimè perferenda, ita sustentante animâ corpusculum suum, ita Divinitate regente, ac protegente naturam assumptam humanam interius, ut ad patiendum dira omnia, & virtum satis esset, & superesset, tam diu donec veniret hora, morti & discessui Animæ à corpore destinata: quo temporis puncto appetente, non est sensim ad extremam debilitatem perducta Christi Humanitas, sed vires hæctenus necessarias conservatas subitò cessare permisit, & Animam in manus Patris tradidit. Atque ita Dominus noster supplicia sua perinde in fine, ac in exordio illorum vivaciter acerbissimèque sensit, totoque Passionis tempore toleravit. Quod non tantum de solius tactûs doloribus, sed prorsus de omnium sensuum, membrorum, potentiæque cruciatibus sentiendum est.

Ex horum omnium consideratione, quanta seges affectuum piorum, quanta heroicorum ad tolerandum patiendumque pro Christo resolutionum materia, immo necessitas meditandi assurgere possit, ac debeat: dicere nil opus arbitror.

## MODUS VII.

**S**eptimus meditandi Passionem Dominicam modus est. Assumere ad meditandum bona Animi, Corporis & Fortunæ: expendereque quid, quomodo, & quantum, in unoquoque

C 5

bono-

bonorum istorum genere Passus sit Dominus in quem etiam modum recidet expendere, quoniam, & quanta, & quomodo passus sit Christus in bonis Naturæ, Gratiæ, & Gloriæ.

Bona Animi Christi fuere plurima & maxima v. g. Sanctitas, Justitia, Innocentia, Sapientia, Scientia, Prudentia, Bonitas, Misericordia, Patientia, Authoritas, Dominium, Virtutes omnium generis, in gradu excellenti, Immunitas ab omni peccato, defectu, errore.

Bona Corporis Christi fuere, Admirabilis forma & species præ filiis hominum, Valetudo, Sanitas, Complexio, Temperamentumque in se per omnia materialia melius, vires, proportio membrorum, & staturæ, oris, vultus, sermo, vocisque dignitas, & gratia, Integritas, Immunitas, ab omni defectu, morbo, dolore, inordinatione fomitis & concupiscentiæ, atque passionum, subordinatio perfecta, totius corporis, omniumque membrorum, & facultatum & sensuum suum ad Animam.

Bona Fortunæ Christi, multa & multiplicata fuere, in quibus, potest numerari primò & præcipuè, Unio Hypostatica: quæ Humanitas Christi, à bona fortuna, hoc est, ab eximia Divina Providentiæ ordinatione, atque peculiari, & extra omnem ordinem, meritumque posito favore concessa est, estò supposita Dei liberalitate gratuita, substantialiter ad componendum suppositum

um illud Theandricum accesserit. Ex hoc porrò  
Unionis Hypostaticæ unico bono, alia fluxere  
bona fortunæ Christi, etsi tam in Anima, quàm in  
Corpore Christi, eorum pleraque resederint v. g.  
Sanctitas substantialis, Gratia Immensitas &  
Plenitudo, Gratia Capitis omnium creaturarum,  
& primogenitura, primatusque in eis omnibus,  
Dominium quoque absolutum in omnes:  
Gratia miraculorum. Potestas Judiciaria super  
vivos & mortuos, &c. His bonis accessit in  
Christo Potestas Regia, summi Pontificatus, Sa-  
cerdotique Dignitas, Legislatoris, Doctoris,  
Prophetæ, Messiaë autoritas. Accessit quoque  
his bonis prærogativa Comprehensoris atque  
beati, omnisque deus animæ visione bea-  
tificâ fruētis: quæ etiam locum in corpore ha-  
bere debebat, nisi miraculosè Anima sanctissima  
cohiberet ejus in infimam suam portionem ef-  
fluxum: quem tamen interdum aliquantulum  
relaxabat: ut in incessu super aquas, in jejuni-  
o quadraginta dierum & noctium, in Thaborea  
Transfiguratione, in elapsu è manibus hostium  
lapidare vel præcipitare eum volentium: in na-  
tivitate sua, salvâ integritate Genitricis suæ. In  
his omnibus bonis, multa suo modo Passus est  
Christus: partim ea occultans, partim reprimens,  
partim in eis injurias hominum manus,  
opiniones, calumnias, contumeliasque susti-  
nens, propter Patris Æterni obedientiam, pro-  
pterque nostram redemptionem, propter dan-  
dum nobis exemplum, propter eludendum ver-  
sipellem diaboli superbum ingenium; propter  
suavi-

suaviter fortiterque per omnia attingendam di per  
 pietia suae dispensationem; propter omni signer  
 modis exaggerandam effundendamque no rando  
 nimiam charitatem suam. Passi

Atque ex his facile patent bona Natu nobis  
 Gratia, & Gloria Christi, nec non eorum cto, i  
 sideratio. humil.  
 in tot.  
 Jesur  
 lites l

## MODUS VIII.

**O**ctavus meditandi Passionem Domini ut co  
 modus est; Assumere peculiare infig mand  
 que Christi Domini virtutes, easque in tota tienti  
 sione à Domino exercitas & elucescentes v sum Pa  
 gare, ac nobis ad imitandum proponere, meis.  
 non gratias agere, pro earum exemplaribus salvas  
 heroicis nobis propositis. Virtutes sunt cem su  
 Charitas in Deum, eadem in nos propter De modum  
 Obedientia, Humilitas, Patientia, Mansueti specta  
 Taciturnitas, Modestia, Resignatio, Perseve Patien  
 tia, Misericordia, Liberalitas, &c. Hæ om abhor  
 meditando expendi possunt, Ubi, Quam cogn  
 Quoties, Quomodo à Christo exercita tid, qu  
 Quanta v. g. Humilitas Christi eluxit in locu sociu  
 pedum discipulorum suorum, etiam Judæ digna  
 ditoris? quanta cum oraret Patrem Aeterni hic su  
 positus in terram genibus, immo & facie pusill  
 quantâ cum à turba captus est, ligatus, in ter der, c  
 abjectus, pedibus hostium pulsatus, & calcate ex ips  
 per viam violentissimè tractus raptatusque sta fac  
 quanta cum in domo Annæ examini se subdu num  
 & post responsum modestissimum, immani Si vis  
 percussus, atque etiam reprehensus, modesti gratia  
 totum sustinuit? Atque hunc in modum, proâ po  
 di